



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118456**

§. 128. Mirandula a Pontificiis, Venetisque copiis obsessa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1510.

## §. CXXVIII.

*Mirandula a Pontificiis, Venetisque  
copiis obsessa.*

*Marian.*  
*lib. 30.*  
*Guicc. lib. 9.*

Capta Concordia, Pontificis exercitus motis castris Mirandulam contendit, cui Galli festinanter quasdam peditum turmas imposuerunt, & quamvis rigidior esset tempestas, jamque anni curriculum in Decembrem inclinaret, quo mense cœli temperies ubique aspera, hoc anno in Longobardia insolito naturæ cursu inclementior soevit, nihilominus Pontifex Mirandulæ obsidionem adornat, cujus tamen labores (ut haud mirum est) repugnante aeris, frigorisque invidia ægre accelerari poterant, cum vero hanc cunctationem summus Pontifex propositi sui tenacissimus, suis Belliducibus exprobraret, nec tamen ejusmodi querelis obsidionis progressus maturaretur, hinc ipse copiis suis imperare statuit, unde ad sua castra concessit.

## §. CXXIX.

*Bayardus Eques Papam capere  
molitus.*

Papam castra movisse, brevî fama pertulit ad Gallorum præsidia, quæ Ruberiam, Carpium, Guardistallum, &  
Cor-